

et tamen se a societatibus cum 34 milibus
florenorum redemerunt. Tunc tradiciose
societates sunt directe ad terram episco-
palis, congregatae inter Vicum et Marsal-
lum, volentes expugnare Medium-vicum,
ubi dominus episcopus inter constantes con-
stantissimus cum nobilium armatorum
magna multitudine viriliter se defendit
ita quod Britones ammirati treugas in-
iicerunt, tam animosum dominum videre
cupientes. Unde factum est, quod decem
maiores capitanei ad ipsum in Vicum
venerunt, qui ipsum videntes magne
stature, armatum nobilissime, quasi inter
ceteros gigantem eosque generose recipien-
tem statim cum ipso concordaverunt.
Sicque ab ipso cum quibusdam equis
exiit sine dampno terram episcopatus
exiit, dicentes si cum sic generosum
novissent, nunquam ad terram suam deli-
nassent suis conductoribus male dicentes.
Unde multi de patria et Burgundia qui
episcopatum ab antiquis temporibus invadere
consueverunt, dum dominum episcopum
sic animosum viderunt Tassalli et servi-
tores sui sunt effecti. Sed dum socie-
tates terram ducis Austrie que vocatur
Argau intraverunt innumerabiles interfecti
fuerunt, reliqui recedentes confusi. Pene
ergo cum Davide fuit pastor gregis, suos
custodiendo et strenue defendendo. Ante
hoc tempus fuit tanta inundancia aquarum
Meti^a, quod Sella et Mosella ad altitudinem
magne haste ultra solitum modum creverunt,
in quo et mali futuri presagium fuerunt.

^a/exerviati c.

^b/conductoribus corr.
conductoribus m. r.

^a/met c.

Nam
aliqui
fuit
unicu
domu
ut ge
Nam
regim
se in
conco
et
et an
suum
pacer
inter
Item
cum
Brab
in he
in Bo
cione
papa
magn
in Lo
pro
rene
quod
pacem
liber
hutor
qui i
puera
Bertr
de Lo
forti
tradi
cum